



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

9 Vtrüm tempora ieunij ab Ecclesia sint rectè determinata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

ut cum quis manens in loco vbi viget praeceptum, videt se horis posterioribus impeditum in. secus vero quando intra tempus implendi desinet esse subditus praecepto. Ratio est, Quia quando precipitur ut intra tale tempus hoc vel illud facias, intelligitur tacita conditio, Si tuto illo tempore subditus praecepto maneris. Vnde si te contigerit interea eximi a subiectione praecepti, sive per dispensationem, sive alio modo, non tenebris tempus exemptionis praevenire. Ex quibus patet responsio ad argumentum.

<sup>57</sup>  
Discendit  
ex oppido  
vbi non est  
ieiunium.

58

Terterò, Qui manè discedit ex oppido, vbi non est ieiunium, potest comedere, etiam carnes, vt alij, etiam si vesperi, vel meridie peruenturus sit ad oppidum domicilij vbi abstinetur. Hoc tamen loco non poterit carnibus velci; quia in loco domicilij statim eius legibus tenetur. Poterit tamen coenare, quia ieiunio femele violato non tenetur à cena abstinere: quod si nondum violatum est, tenetur illud feruare, & à secunda refectioне abstinere.

59

Quarto, Qui discedit manè ex oppido domicilij vbi est ieiunium, peruenturus ad locum, vbi non est ieiunium, non potest quidem in loco domicilij velci carnibus; quia quandiu ibi est, obligatur praeceptio abstinendi à carnibus, sicut alij; potest tamen sumere ientaculum, ut recte docet Sancius, si certus sit se peruenturum ad locum illi praecepto non subiectum. Ratio est, Quia non tenetur illo die abstinere à secunda refectioне, cum in loco, quo peruenturus est, possit secundò & tertio comedere: ergo potest primam refectioнem sumere manè antequam discedit, quicumque enim potest intra diem bis comedere, non tenetur illo die praeceptio ieiunij quadam vnicam refectioнem, ut supra dub. 3, ostendit est.

<sup>59</sup>  
Qui re-  
dit è loco  
vbi ad-  
huc durat  
Quadra-  
gejma in  
alium vbi  
transacta.

<sup>60</sup>  
Non obli-  
gari.

<sup>60</sup>  
Ad ratio-  
nem.

Potes, Vtrum is qui durante Quadragesima in oppido vbi versabatur, recedit alio, vbi illa iam est transacta, teneatur ibi eam perficere. Res est, que quotannis accidit ob mutationem Kalendarij, quibusdam locis non recepti. Videntur teneri; quia hoc praeceptum est generale; ergo obligat vbiique, & vbique impleri debet.

Contrarium verius fortasse alicui videri possit, ob rationem illam generalem, quod possit se moribus eorum, quibuscum vivit, accommodare. Confirmatur; Quia qui primis quatuor diebus Quadragesima veniunt Mediolanum, non tenentur ieiunare, ut communis in Italia est opinio; et quod ieiunium illud ibi nondum sit inchoatum: ergo etiam qui veniunt aliquo, vbi iam est transactum, non tenetur; sed post sunt se incolis accommodare. Idem dicendum de Festorum celebratione.

De confessione annua, & communione, alia est ratio; nam qui in Paschate non impletuit, tenetur postea ad primam opportunitatem, iuxta veriorem sententiam: hoc enim onus absolute personam, absque respectu ad locum, afficit.

Ad rationem Respondeo, Esti ieiunium Quadragesima obligat omnes, & vbiique; non tamen omnino absolute, sed sub tacita conditione; si sint in loco vbi nondum est expletum, sicut Festa communia. Hac sententia videtur satis probabilis, si loquamus de iis, qui non in fraudem ieiunij, sed bona fide negotiorum causa locum mutant; praesertim cum valde difficile sit in coniunctu humano seorsim ab aliis feruare ieiunium, ceteris omnibus a ieiunij lege solutis, & minimè ieiuantibus.

Contraria tamen sententiam etiam valde probabilem sentio, & in praxi suadendam: neque dubium est quin Ecclesia sic possit obligare.

## DVBITATIO IX.

Vtrum tempora ieiunij ab Ecclesia sint recte determinata.

D. Thomas art. 5.

R Espondeo affirmatiuè: cum enim ieiunium visurpetur ad expiationem peccatorum, & elevationem mentis in Deum, illis maximè temporibus indicitur ab Ecclesia, quibus in hac præcipio quadam studio est incumbendum; nemirum ante solemnitatem Paschalem, Quatuor anni temporibus, quibus Ecclesia ministri ordinandi, & in Vigilijs maiorum Ecclesia festorum.

Ac Primò quidem, ieiunium Quadragesima <sup>61</sup> indicitur tempore verno ante solemnitatem Paschæ, ob quatuor potissimum easas. Primò, <sup>Quadragesima</sup> maximè illo tempore vacandum fidelibus orationi, & recolendis ijs qua Dominus pro nobis gesit, præfertum passione, morte, & resurrectione; ad hoc autem præstantum apertissima dispositio est ieiunium. Secundò, <sup>tempore</sup> Quia tunc debent se parare ad confessionem, & Eucharistiam, agendo pœnitentiam, castigando carnem, & gratiam à Domino vita emendandæ impetrando, ad quæ omnia nihil accommodatius ieiunio: vnde in Collecta dicitur, Deus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas. Tertiò, Istud tempus est ieiunio accommodatissimum, ratione castitatis, & vt caro non dominetur spiritui, nam verno tempore natura maximè incitat solet ad libidinem, ob sanguinis & spirituum augmentum ac feruorem. Itaque parsimonia victus & vsu ciborum refrigerantium, minusque alentium, comprehendit. Quartò, est aptissimum ratione valitudinis, vt nuper Clas. Medicus D. Viringus edito libello eruditè ostendit: tunc enim humores aegeri & effervescent incipiunt: vnde opus est de tractioне, & temperatione per medicamenta cathartica, & sanguinis milionem; quorum locum subterraneum suppleri ieiunium, vt inquit D. Basilius Orat. 2. de ieiunio.

Porrò hic numerus dierum potius quam aliis <sup>62</sup> est definitus, Primò, Ut Dominum aliquo modo imitemur, qui vnico solidi ieiunio hunc numerum impletuit. Secundò, ob varia mysteria huius <sup>Cureo dit-</sup> numeri, quibus designatur, tempus huius vite esse tempus pœnitentie, vnde & Moyles 40. dies in deserto ieiunavit, vt Legem acciperet: & Elias totidem dies, per desertum fugiens Iezabel, & ad montem Dei Oreb proficiens. Filii Israël 40. annos in deserto peregrinati sunt, & 24. mansionibus ad terram promissionis peruenierunt. Denique diluvium 40. dierum pluia totum mundum inundauit, eumque peccatis expiavit. vide Ambros. Serm. 23. 24. & 34. Chrysost. Homil. 1. in Genesim, Cyprianum, Serm. de ieiunio Christi. Tertiò, Quia hec Domino, cui de omnibus decimas dari lex iubet, soluimus decimas dierum annivit pulchre tradit Gregorius Hom. 16. in Evangelia. constat enim annus diebus 365. huius numeri decima pars sunt 36. Primis Ecclesiæ temporibus, Quadragesima ieiunium propriè solùm consta-

confabat sex hebdomadibus sive 36. diebus, & inchoabatur a Dominica Quadragesima, ut habeatur cap. Quadragesima, dicitur 5. dicebatur tamen ieiunium Quadragesima, includendo Dominicam; et si illis non ieiunabatur. Postea Telephorus, qui fuit nonus Pontifex, addidit septimam hebdomadam pro Clericis, nimirum eam, quae est a Dominica Quinquagesima, ut patet cap. Statuimus. dubit. 5. Verum quia haec lex moribus vniuersitatis non est approbata, (ut Gratianus ad cap. In istis, ait) vel certe contraria consuetudine est abolita, praeterquam in quibusdam Monasteriis, modo non obligat. Multi tamen pij viri abstinentiam carnium a Quinquagesima incipiunt.

**64** Mansit autem in Ecclesia consuetudo inchoantur ut hoc ieiunium a feria quarta Quinquagesima, tum ut 40. dies ieiunij expleantur; tum quia olim per totum annum extra tempus Paschale, feria quarta & sabbato ieiunabatur: & ita etiam si folium 36. dies propriè ad Quadragesimam dicerentur pertinere, tamen re ipsa erant 39. assumptis tribus ex hebdomade Quinquagesima.

**Ieiunium feria 4. & 6.** De ieiunio feriae quartæ & sextæ constat ex Epiphanius hæresi 75. vbi dicit hoc ab Apostolis institutum, & toto orbe receptum.

**Sabbati ieiunium.** Sabbati ieiunium etiè non vbiique, tamen in Ecclesia Romana & in Africa receptum erat, ut constat ex D. Augustino epist. 118. cap. 2.

**65 Quatuor temporum.** Ieiunium quatuor temporum recipiderat quatuor anni quadrantibus, quibus infinges existunt aëris & corporum mutationes; nimirum veri, aestati, autumno, hiemi. Olim solum ter celebrabatur; sed Calixtus I. epist. 1. constituit quater fieri, ut habetur c. 1. Ieiunium, d. 76. Quibus autem temporibus fieri debeat, statuit Urbanus I. cap. 4. Statuimus, d. 76. vbi multa alia de hoc videre licet; & apud Couarr. lib. 4. var. c. 20. num. 9.

Ex his colligi videtur, ieiunium feriae quartæ, sextæ, & sabbati per annum non ita strictè obligasse, nisi ad abstinentiam carnium: alioquin superfluum fuisset instituere ieiunium Quatuor temporum.

**66 Ieiunia vigilarum.** Ieiunia vigilarum sunt ista, vigilia Nativitatis Domini, & Assumptionis B. Virginis: vtrumque habetur cap. 1. de Observacione. Vigilia omnium Apostolorum, excepta vigilia Philippi & Iacobi, & Iohannis Evangelista. Ita habemus c. 2. eodem, vbi Innocentius III. Consultationi tua taliter responderemus, quod omnium Apostolorum vigilia sunt in observatione ieiunij celebranda, preter vigilias Apostolorum Philippi & Iacobi, & B. Iohannis Evangeliste: quoniam ipsorum solemnitas intra solemnitatem Paschalem, sicut autem intra Natalem Domini celebratur. Vide patet, Concilium Prouinciale non posse ieiunium vigilie sanctorum Bartholomaei, Matthiae, Iacobi, vel Thomæ tollere; quia non potest tollere legem aut consuetudinem Ecclesiæ vniuersalis. Si tamen in aliquo loco longa consuetudine receptum esset ut illis diebus non ieiunetur, excusat etiè peccato: sicut enim consuetudo potest tollere obligationem seruandi Festi S. Bartholomaei, ut habetur cap. 2. ita etiam obligationem ieiunij. Eadem est ratio aliorum festorum & ieiuniorum; quamquam difficultius sit consuetudinem contra illustriora inualefcere, quam contra minus illustria.

Præter hanc sunt quatuor Ieiunia, quae etiè Iure scripto non continentur, tamen generali Ecclesiæ

consuetudine seruantur; Vigilia S. Joannis Bapti-  
stæ, S. Laurentij, omnium Sanctorum, & Pente-  
costes, ut communiter tradunt Doctores.

Ex his patet, ieiunia, ad quæ Iure scripto obliga-  
murus, esse 56. nimirum quadraginta in Quadrage-  
sima, nouem ratione Quatuor temporum, (nam  
tria incident in Quadragesimam) & septem vigili-  
arum. His adde quatuor vigilarum ex consuetu-  
dine; & præterea quæ cuicunque loco sunt peculiaria.  
**Ieiunia 60.**

Potes, Vtrum Dominico die fas sit ieiunare?

*An die Do-*

Respondeo, Si non fiat ex aliquo errore, ut fie-  
bat a Manichæis; nec ex contemptu moris ecclæ-  
siastici, & scandalum absit, posse ex aliquo hono-  
rabo motu fieri. Unde & multi Eremitæ diebus  
Dominicis ieiunabant, ut ex Vitis Patrum constat.

*minico.*

**68**

## D V B I T A T I O X.

### De ieiunij commodis.

**M**axima commoda adfert ieiunium, sed po-  
tissimum quinque. Primo, Praestat corpo-  
rati bonam valetudinem, & agilitatem; arcendo  
omne pñne genus morborum: nam ferè omnes  
morbi ex eo proueniunt, quod homo plus inge-  
rat quam natura possit rectè confidere ac dispensare,  
& superflua discutere. Hinc vertigines, apo-  
plexia, paralysia, & varij capitis dolores: hinc  
tusæs, asthmata, & plachis, & pectoris mala;  
hinc varia cruditates & lancinationes in stom-  
acho: ileus, colica, dysenteria, diarrhoea in intestinis:  
obstructiones in mesenterio, in hepate, in  
splene: calculi in renibus: hinc omnes morbi articu-  
lares: hinc crudis humoribus corruptis mul-  
ti febrium species. Unde meritò dixit Demetrius  
Epagomenus: Αδηνεγια τη πολυποια μετωνυμια  
πατον εταιρια, Satiritas & larga potio plurimorum  
morborum causa; & vulgo dici solerit, Plures occidi-  
gula, quam gladio.

Ieiunium vero causas morborum tollit: nam facit ut perfecta sit concoctione, & facilè consumit & discutit quidquid ex prima, secunda, vel tertia  
concoctione est superfluum; quod alioquin istorum  
morborum est causa. Hinc Cyprianus, vel  
quicunque est auctor Serm. de ieiunio Christi,  
**Ieiunium carnis azymus mandat, & solidat, & pu-**  
**tredines, qua ex adipe prodeunt, consumit & sciat.**

Secundo, Longavitatem praestat: dum enim  
arcet vel consumit humores naturam grauantes,  
& calorem natuum opprimentes, vis naturæ ma-  
net integra & sui iuris, vitamque extendit quam-  
diu naturaliter produci potest: ita ut homo non  
nisi mero senio, & naturæ defectu viuere desinat.  
Confirmatur, Quia plerique ante istam ætatem  
morbis oppressi decedunt, quos morbos ieiunium  
excludit. Denique exemplo sunt Eremitæ, & multi  
SS. Patrum, qui vitam per ieiunium in extre-  
mam ætatem extenderint, ut Paulus, Antonius,  
Hilarion, Hieronymus, Romualdus, Franciscus à  
Paula, & alii innumerati.

Neque est quod hic recurrat quis ad mitaculum, quia ferè omnes ieiunio dediri, qui aliis labo-  
ribus fracti non fuere, longæui fuere. Noui Mo-  
nasterium seminarium, tenuissimo vietu vntium,  
vbi etiam sexagenariae & septuagenariae nondum  
inter seniores censemur; ut meritò dixerit Sapiens  
Eccles. 37. *Qui abstinet est, adiicit vitam.*

Tertio, Carnis tentationes extinguunt, samque

*Qqq. 2. Ipi-*